


in aere elata dissipetur, auribus erit intellecta.

De theatro.

Caput. III.

**C**um forum constitutum fuerit. tum deorum immortalium diebus festis ludorum spectationibus eligendus est locus theatro, q̄

saluberrimus, uti in prio libro de salubritatibus in moeniū collocationibus est scriptū. Per ludos n. cū cōiugibus & liberis p̄sedentes delectationibus delectentur, & corpa ppter



a. lacunaria

b. corona ex intestino opere, aut albario.

c. locus tribunalis.

uoluptatē immota patētes habēt uenas, in quas insidēt aurarū flatus. q̄ si à regionibus palustribus, aut aliis regioibus uiciosis adueniēt, nocentes spūs corpibus infundēt, itaq; si curiosius eligetur locus theatro, uitabūtur uicia, Etiāq; puidēdū ē ne impetus hēat à meridie, Sol enim cum implet eius rotūditatem, aer conclusus curuatur, neq; habens potestātē uagandi uersando conseruescit, & candēs adurit excoqtq; & iminuit ē corpibus humores, tō maxime uitādē sunt